

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Accidia p  
cum fonte primo

Male michi esse malo quam molliter.

Si mollis es, paulatim effeminatur  
animus atque in similitudinem ocii sui  
et pigritie in quam iacet soluitur.

Dormio minimum  
et breuissimo sompno utor;  
satis est michi uigilare desiisse.  
Aliquando me dormisse scio, aliquando  
suspicio.

Seneca XXXIII. epistola.

Male mihi esse malo quam molliter –  
[‘male’] nunc sic excipe quemadmodum  
a populo solet dici: dure, aspere,  
laboriose. Audire solemus sic  
quorundam vitam laudari quibus  
invidetur: ‘molliter vivit’; hoc dicunt,  
‘mollis est’. Paulatim enim effeminatur  
animus atque in similitudinem otii sui  
et pigritiae in qua iacet solvitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 10.82.2 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.271, ll.21-27).

Dormio minimum.  
Consuetudinem meam nosti:  
breuissimo somno utor et  
quasi interiungo;  
satis est mihi vigilare desiisse;  
aliquando dormisse me scio, aliquando  
suspicio.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 10.83.6 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.279, ll.23-26).